

www.e-rara.ch

Theses theologicae de perfectione et integritate Scripturae Sacrae

Frey, Johann Ludwig

Basileae, 1713

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: KiAr H III 27:33

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-81583>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

INTEGRITATIS CRÆ,

invenata ad nos pervenerint.

Deum, & ingratus erga Majores,
Providentiâ aut hos fidelissimâ
discrimine, thesauro huic divi-
re.

For fuit in corrumpendis sacris
audacia, aut illis plane abolen-
tanto major est certitudo no-
uræ S.

umerantur Lectiones in illâ va-
at Scriptura S.

at Ecclesiæ Infallibilitas Integri-
ut potius Ecclesiæ infallibilitas
e locis probari debeat.

aut Corruptio Textûs Perfe-
rogat : derogat autem Ecclesiæ
ntâ negligentia sacrum hoc de-
tis.

PERFECT
TATE

AD
AD

JOH. LUDW.

ABR. SAMI

Im Jahr 1794
wurde die
Königliche
Bibliothek
in Berlin
gegründet.
Die
Bibliothek
wurde
gegründet
im Jahr
1794.



THESES THEOLOGICÆ
De
PERFECTIONE ET INTEGRI-
TATE SCRIPTURÆ SACRÆ,

Quas
Juvante Divina Gratia

AUCTORITATE MAGNIF. ET VENER. ORD. THEOL.

Ad Examen pro Ministerio ritè subeundum

PRÆSIDE

JOH. LUDOVICO FREY, S. Theol. Doct.

Ejusdemque Prof. Extraord. Hist. Ord.

Publica Examini subicit

ABR. SAMUEL MANDROTUS, Ebrodunensis.

Ad D. 29 August. MDCCXIII.

I.



Eus, qui πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως olim Patres per Prophetas, ultimis autem temporibus populum suum per Filium ejusque Apostolos allocutus est, quò certius posterorum saluti consuleret, per Viros Spiritu S. afflatos voluntatem suam perennaturis scriptis mandari curavit.

II. Scripta hæc, quamvis singula Christi aliorumque Virorum Sanctorum facta dictaque non contineant, tantum tamen illorum continent, quantum homini ad salutem æternam adspiranti, cognitu, speratu factaque necessarium judicavit Deus.

III. Utut ergò scripta hæc doceant plurima, quorum simplex ignorantia neminem salute excluderet, nihil tamen omittunt eorum, quæ ad salutem assequendam absolutè necessaria sunt.

IV. Quæ in Scriptura traduntur, & à Deo esse profecta, & ad salutem scitu necessaria, constat. Qui plura extra Scripturam homini salutis studio necessaria putant, probent & illa alia à Scripturæ doctrina diversa, à Deo esse, & si sint, illorum fidem Deum ab omnibus ad salutem absolutè requirere.

V. Cum Deus in istis scriptis præter fidem in Jesum Christum per charitatem efficacem ad salutem requirat nihil, & tam fides ista, quam charitas ibidem nobis accurate describatur, videant ne injurii sint in Deum, qui plura requirunt, quam ipse requirit supremus Legislator, qui solus potest servare & perdere.

VI. Et si bonâ fide agnoscimus, non homines meros hujus Verbi esse Auctores, sed ipsum Dei spiritum miraculoso modo horum mentes afflasse, ut quid potissimum scriberent, scirent, & ab omni errore sibi caveant, nonne credemus, nihil scitu necessariorum, ab illis omisum fuisse, cum tot aliis haud ita necessariis scribendis auxilium suum accommodaverit Spiritus Dei?

VII. Quod si constituisset Deus non omnem suam Voluntatem scriptis his mandare sed partem vivâ voce & orali traditione propagandam cœtui alicui aut homini committere, nonne probabile est, illum & hoc ipsum, & personam, quam tanquam os Dei quilibet sub æterno damnationis periculo audire teneretur, clarè in aliquo verbi scripti loco designaturum fuisse? Quod cum, quantamcunque sinceritatem & diligentiam ad ejus Lectionem afferamus, in illo invenire nequeamus, haud præter rationem facere videmur, si *sacras Literas nos ad salutem sapientes reddere posse judicemus.*

VIII. Quantum præstet modus conservandi doctrinam per scriptionem, modo vivæ oralisque traditionis, præcipuè in satis longo temporis tractu, vel singula antiqua literarum monumenta clarissimè docent, absque quibus fuisset, omnis rerum antiquarum cognitio nobis periisset: ut satis eorum impudentiam dicam an stuporem? mirari nequeam, qui ut Scripturæ S. Judicium declinent, & ad auctoritatem hodiernæ Ecclesiæ omnia revocent, miram traditioni præ scriptione tribuunt eminentiam.

IX. Dignine ergò, qui audiantur, quibus haud leviter Scripturæ Perfectio concuti videtur ex Act. 1. 5. it. 20. 35. similibusque locis, ubi dicta nonnulla Christi ab Evangelistis intacta, recensentur? Quid? Ex viva traditione, an ex Scriptura hæc sciunt Pontificii?

X. Si statuas, quod initio hominum fidei traditum fuit, à veteribus postea Ecclesiæ Patribus scriptis mandatum esse, & sic ad nostram ætatem pervenisse; ut taceam, quam plurima horum scripta calamitate temporum periisse, alia illis supposita aut mirum in modum corrupta esse, & quæ sunt istud genus similia: quæro, annon æquè fideliter hæc doctrinæ ab Apostolis potuerint conscribi, & si potuere, quâ ratione factum sit, ut ista dogmata non æquè ac reliqua, si sint ejusdem necessitatis, ab ipsis literis fuerint consignata?

XI. De scripturæ integritate non anxie laborabimus, ad animum revocantes, non minus saltem his libris tribuendum, quàm reliquis monumentis vetustis, quæ certè nos ignorare non patiuntur antiqui temporis faciem, utut plurima horum vetustatis vitio perierint, aut aliquatenus contaminata ad nos pervenerint.

XII. Impius sit in Deum, & ingratus erga Majores, qui aut Illum peculiari Providentiâ aut hos fidelissimâ operâ, etiam cum vitæ discrimine, thesauro huic divino invigilasse ausit negare.

XIII. Quanto major fuit in corrupendis sacris Literis aut hæreticorum audacia, aut illis plane abolendis Tyrannorum rabies, tanto major est certitudo nostra de Integritate scripturæ S.

XIV. Quo plures numerantur Lectiones in illâ variantes, eo minus laborat Scriptura S.

XV. Tantum abest, ut Ecclesiæ Infallibilitas Integritatem scripturæ probet, ut potius Ecclesiæ infallibilitas ex incorruptis Scripturæ locis probari debeat.

XVI. Amissio Libri aut Corruptio Textus Perfectiōi Scripturæ non derogat: derogat autem Ecclesiæ infallibilis Auctoritati, tantâ negligentia sacrum hoc depositum corrumpi sinentis.

